SAcra Tibi curæ cordique fuere Themistos,
Ex quo nobiscum, docte LüDERE, manes.
Hoc specimen præsens, quod das, testatur abunde;
Gratulor & precor, ut digna brabea ferat.

Nobil. Domine LüDERO,

*Amico & Domestico suo honorando*

Imque fac.

PHILIPPUS BUCHIUS, S.S. Theol. Doct. & Profess. Ordin.

---

SOrdidus est quæstus, quem jam LüDERE resolvis,
Pulchra sed ex illo præmia Laudis habes;
Quippe doces, quod non Venerem secteris amicam,
Oscula dum Themidos perplacuere tibi.

*Gratul. scrib.*

SAMUEL STRYKIUS, D.

---

NUm tamen LüDERE flagras meretricis amore
Hinc ut promittas schemata pulchra Tibi?
Justus amor Tuus est, quum quæstus Jura requiras
Scortorum hinc veniat laus Tibi promerita.

*Hæc Nobilissimo DN. RESPONDENTI opponere debuit*

BERNHARDUS ALBINUS,
Philos. & Med. Doct. & Prof. Ordin.
Fac. Med. p.t. DECANUS.

LüDE-

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id406377634/5 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG